



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 193. Pulvis pyrius subtus Conciliorum aulam repertus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.

A.C. 1605.

*non potest, quippe præteribit periculum  
haud oxyus, quam literas has exufferis.  
spero te, Dei beneficio, hoc consilio nati-  
usurum, cuius te tutelæ commendo.*

Perfectis hisce literis Montaguus primo eas per jocum, ut Rex inanitorre a comitiis absterreretur, exarata suspicabatur, postea tamen forte Regi periculum imminere considerans intempestiva nocte ad Robertum Cæcilium Sarisburensem Comitem, qui Regi a secretioribus consiliis erat, hanc epistolam desert: Hic collato cum aliis consilio expectandum censuit, donec Rex e venatione Reistono Londinum redierit; quo adventante Cæcilius die postrema Octobris has literas Jacobo perlegit, illas nil nisi vel luxuriantis ingenii vel insani hominis partum esse existimans: Attamen Rex ea, quapropter lebat, perspicacia hæc verba: *præteribit periculum haud oxyus, quam literas has exufferis*, profunda mente ponderabat, moxque a pulveris pyri iaru exitium adeo subitaneum his verbis designari enuntiabat: prolati hisce Regis verbis omnes in eandem conspirabant sententiam.

## §. CXCIII.

*Pulvis pyrius subtus Comitorum alli-  
lam repertus.*

Digrelli

Digressi a Rege Proceres mox omnes Sæc. XVII.

Curiæ angulos esse perlustrando A. C. 1605.

decernunt; hæc tamen inquisitio pri-  
die ad Conventus celebrandi diem eo  
fine differebatur, ut populi rumores  
vitarentur, atque interim clariora con-  
spiracy indicia forte proderentur: Rapin hist.  
d' Angl. l. 18.  
Merc. Gallo  
Belg. tra-  
gœd. Angl.  
tom. 5. l. 3.  
præfixa autem die Suffolciensis Comes  
unacum Montaquilio Percei ædes, ca-  
veamque perlustrans præter ingentem  
fascium & carbonum acervum in quo-  
dam angulo hominem latebras anxie  
quærerentem deprehendit, qui se Percei  
famulum esse dicebat. Haud ulteriore  
inquisitione facta Comes, quid vidisset,  
Regi exposuit, qui omnia diligentius  
pervestiganda, pulveremque fors sub  
congesto hoc acervo latere edixit. Pa-  
rent jussis omnes, ne tamen forte in-  
nocuis ignominia innueretur, spargitur  
per aulam rumor, Regias aulæas, quæ  
in illis ædibus custodiebantur, fuisse  
amissas. Eas igitur veluti quæsiturus  
Thomas Knevetus media nocte ad ca-  
veam contendit, ubi hominem pallio  
tectum reperiens eundem comprehen-  
di jubet. Erat is Guido Faukesius,  
qui se Percei famulum simulabat, quo  
interim custodito ac disturbato acervo  
triginta sex pulveris nitrati dolia ibi  
abscondita, ac tres igniarii fomites in  
Guidonis vestibus reperiebantur. Hic  
vero

Sæc. XVII. vero de proposito suo interrogatus  
A. C. 1605. lus suum illico fassus affirmabat, nî  
mali in suo facinore esse, nisi quod in-  
fectum sit, de cetero autem hoc ~~ans~~  
a Deo incæptum a Diabolo impeditum  
fuisse, postea tamen quæstioni subiectum  
totam conspiracyseriem detexit.

## §. CXCIV.

*Alii ex Conjuratis deprehensi, an  
trucidati.*

*Thuan. l. c.  
Juvenc.  
Hist. Soc.  
l. c. num. 46.  
& seqq.* **H**æc gesta erant eodem die, quo co-  
mitiis initium dare constitutum e-  
rat, iis autem denuo dilatis, ac rumo-  
re per urbem sparso mox Winterus, Tres-  
hamus & Wrigthus ad ditionem Var-  
censem, quo jam pridie Catesbius &  
Perceius configuerant, laxatis equorum  
habenis contenderunt, ac tandem ad  
Stephani Littletonii ædes in Statfordie  
finibus convenere: interim nobilis qui-  
dam nomine Graundius, aliquæ conju-  
rationis socii, quamvis rei detectæ ignari,  
septem vel octo equos effracto stabulo  
Benoco Nobili abduxere, Londinum re-  
ut sperabant, feliciter jam peracta pro-  
fecturi: hos vero Prætor Varvicensis  
tanquam equorum abactores usque ad  
præfati Littletonii ædes, quo ceteri con-  
jurati configuerant, insequebatur. Ali-  
lli, qui se longe atrocioris criminis  
con-